Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tacuit marcus; Lucas autem · quia principes dixerunt · nec addidit
sacerdotum magis nomine generaliter omnes primates cum plexus sunt.
ut ubi possent intellegi & scribe & seniores; [XVI]
Sequitur matheus & dicit., Idipsum autem & latrones qui fixi erant
cum eo improperabant ei · nec marcus discrepat · hoc idem dicens
alis verbis; Lucas autem potest putari repugnare nisi genus locu
tionis satis usitatum non obliuiscamur; Ait enim lucas unus autem
de his qui pendebant latronib: blasphemabat eum dicens: si tu es xpc
saluum facit em & ipsum & nos, & sequitur idem ipse atq: ita contexit;
Respondens autem alter increpabat illum dicens., Neq: tu times dm.
quod in eadem damnatione es., Et nos quidem iuste nam digna
factis recepimus. hic uero nihil malegessit; & dicebat ad ihm.
D ne memento mei cum uenieris in regnum tuum., & dixit illi ihs.
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso; Quomodo ergo
sic matheus dicit · latrones qui fixi erant cum eo improperabant ei.,
Uel sicut marcus dicit · & qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.
quando quidem unus eorum conuiciatus est., Secundum lucae testimo
nium alter & conpescuit eum & in dm credidit · nisi intellegamus
matheum & marcum breuiter perstringentes hoc locum plurale num
numerum pro singulari posuisse; Sicut in epistola ad heb legimus
legimus pluraliter dictum de uiseribus oriencium · Cum solus daniel
significari intellegatur · & pluraliter dictum sed uiri., Cum de solo
esaia tradatur · In psalmo & illa quod dictum est Adstiterunt reges terrae
& principes conuenerunt in unum · Plurale numerum pro singulari
positum in actib: apostolorum exponitur; Nam reges propter
herodem principes propter pilatum intellexerunt quae testimonium
eiusdem psalmi adhibuerunt; Sed quia & pagani solent
calumniari euangelio unde ait quemadmodum locuti sunt
auctores eorum fo d. nec media & clarissime nec cum singulae
fuerint · Quid autem usitatius uerbis quam ut dicat
aliquis & rusticani hinc insultant & iam sinus insulae; Tunc enim
esset contrarium quod lucas de uno manifestauit · si illi dixissent